

**R**ODVCANT aqua reptilia, dixit dominus. Breuis sermo, sed vehemens, & late patens, commune minimis & maximis naturam insudit. Eodem momento producit balena, quo rana: eiusdem vi operationis nascitur. Non laborat in maximis deus, non fastidit in minimis. Nec doluit natura parturiens delphinus, sicut non doluit cum exiguis murices cochlearum produceret. A diuerse o homo quanto plura in mari quam in terris sint. Numerus si potest omnia piscium genera, vel minorum, vel etiam maximorum: sepias, polypos, lithostracos, carabos, cancos, & in his innumerabilia sui generis. Quid dicam genera serpentiū, dracones, murænas, anguillas? Nec prætermittam scorpiones, ranas, testudines, mustelas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinus, focas, leones. Quid attexam etiam merulas, turdos, paucos quoque, quorum etiam colores in aëribus videmus expressos: ut nigri merulae, pauci diuerso colore dorsa & colla depicti sunt: turdi alio varii, & cetera quæ sibi terræ species & nomina vendicauerunt? Nam prius in mari ista cœperunt, diuersisque fluminibus. Siquidem aqua prior animarum viuicium reptilia diuino nutu imperata produxit. Adde hanc gratiam, quod ea quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aqua innoxia sunt: atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna, quam ferunt aliquid habere noxium, eadem preciosior est. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere præstat alimentis. Plura si quis vult cognoscere, a diuersis locorum piscatoribus quaerat. nemo enim potest omnia comprehendere. Canes sane & in manibus, quos & in ecclesia molestos esse & cauendos Apostolus docet, dicens: Cauete canes, cauete malos operarios. Mustelæ grauis in terris odor, in aquis suauis. Terrena se nouit vindicta foetoris vapores: hæc non minorem habet gratiam captam, quam libera. Neque te inhonoratum nostra profecutione Tymalle dimittam, cui a flos te nomen inoleuit: seu Tyctini vnda te fluminis, seu aeterni Aetels vnda nutriet, flos es. Denique sermo testator, quod de eo qui gratiam redolet suauitatem, dictum facere sit, Aut piscem olet, aut florē. ita idem pronuntiatum est piscis odor esse qui floris. Quid specie tua gratius? Quid suauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Quid loquar coruorū, quid etiam luporum tenebrarum? Nescit hos lupos agnus timere. Tanta est aquarum gratia, quarum vituli figurantur & leones, ut his prophetarum illud dictum de ecclesie sanctitate iure conueniat: Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabunt. Nec mirum, quandoquidem etiam in ecclesia aquæ illud operantur, ut prædonum ablutâ nequitia cum innocētibus comparetur. Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur quod in regibus adoratur: aquarum est species illa que fulget. Adde porcos maris etiam ludæis gratos: quia nihil est commune quod non aqua abluat, & ideo communes eos sicut in terra editos æstimare non possunt.

De generibus piscium.

Deo leone aquatili.

De Muræna.

De Rana.

De Canes.

Philip. 3.

De Mustella.

De Thyrmallo.

T forte Tyrmalle.

Tals porcorum.

Tals quarum vitulos fugiunt & leones.

Ela. 65.

**B** terris, in aqua innoxia sunt: atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Muræna, quam ferunt aliquid habere noxium, eadem preciosior est. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere præstat alimentis. Plura si quis vult cognoscere, a diuersis locorum piscatoribus quaerat. nemo enim potest omnia comprehendere. Canes sane & in manibus, quos & in ecclesia molestos esse & cauendos Apostolus docet, dicens: Cauete canes, cauete malos operarios. Mustelæ grauis in terris odor, in aquis suauis. Terrena se nouit vindicta foetoris vapores: hæc non minorem habet gratiam captam, quam libera. Neque te inhonoratum nostra profecutione Tymalle dimittam, cui a flos te nomen inoleuit: seu Tyctini vnda te fluminis, seu aeterni Aetels vnda nutriet, flos es. Denique sermo testator, quod de eo qui gratiam redolet suauitatem, dictum facere sit, Aut piscem olet, aut florē. ita idem pronuntiatum est piscis odor esse qui floris. Quid specie tua gratius? Quid suauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Quid loquar coruorū, quid etiam luporum tenebrarum? Nescit hos lupos agnus timere. Tanta est aquarum gratia, quarum vituli figurantur & leones, ut his prophetarum illud dictum de ecclesie sanctitate iure conueniat: Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabunt. Nec mirum, quandoquidem etiam in ecclesia aquæ illud operantur, ut prædonum ablutâ nequitia cum innocētibus comparetur. Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur quod in regibus adoratur: aquarum est species illa que fulget. Adde porcos maris etiam ludæis gratos: quia nihil est commune quod non aqua abluat, & ideo communes eos sicut in terra editos æstimare non possunt.

**C** ratur: aquarum est species illa que fulget. Adde porcos maris etiam ludæis gratos: quia nihil est commune quod non aqua abluat, & ideo communes eos sicut in terra editos æstimare non possunt.

De multis ac diuersis piscium generibus & vrbibus: de pietate, successione puritate, & pudicitia ipsorum, ac reprehensione hominis commixtionem diuersorum seminum in animalibus procurantis. Cap. III.



**N**VMERI itaque vsus, innumera genera piscium. Alii oua generant, vt in quo trusctas vocant, & aquis fouenda committit. Alii igitur animam & creat, & adhuc madati illius primi tãq legis perpetuæ munus exequitur, blanda quædam mater animantiu. Alii viuos foetus edit de suo corpore, vt mustelæ, & caniculæ, & cete ingētia:

delphinus & focæ, aliæque cetera hominibus. Quæ cum ediderint partus, si quid forte infidiam terroris præferent circa catulos suos quæque moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pauore materno affectu comprimant, aperire ora, & innoxio partus suos dete suspēdere, item quoque recipere corpore, & genitali feruntur alio abscondere. Qui humanus affectus hanc piscium pietatem possit imitari? Oscula nobis satietati sunt, illis non satis est aperire viscera, natosque recipere, ac reuocare integros, atque iterum totum quodam eos sui caloris animare, & spiritu alere, duosque in corpore vno viuere, donec aut securitatem deferant, aut corpore suo obiecto natos suis defendant periculis. Quis hæc videns, & si possit obtinere, non tantæ piscium pietati cedat? Quis non miretur & stupeat? Seruat natura in piscibus quod non seruat in hominibus. Pleraque ex suspitione nouercalibus odiis appetitos suos occiderit filios: alie in fame, vt legimus, partus proprios comederunt. Humanis pignoribus mater sepulchrum facta est: piscium proli parētis est vterus scit murus: vallo quodam internorum viscerum pignora in offensam cōsentat. Diuersa igitur piscium genera diuersos vsus habent: alii oua generant, alii viuos pariunt atque formatos. Et qui oua generant, non nidus texunt vt aues, non diuturni fortis labore induunt, non cum molestia sui nutriunt. Cecidit ouum, quod aqua gremio quodam naturæ quæ quasi nutritrix blanda suscepit, & animal celeri fortis reddidit. Continuo enim tactu parētis animatum ouum cecidit, et piscis exiit. Tu deinde quæ pura & inuiolata successio? Nullus alteri, sed generi suo miscetur: Thyrmallo? Thyrmallo: Lupus Lupo. Scorpina quoque castitate immaculati cōnubii generi suo seruat. Itaque habet pudicitiam generis sui, sed venenū generis sui non habet. non enim percutit Scorpina, sed reficit. Nesciunt igitur alienigenarum genera piscium adulterina cōtagia, sicut sunt ea quæ coeunt afinorum equarumque inter se genera, quæ magna cura hominum perpetrantur: vel rursus cum equis afinæ miscetur: quæ sunt vera adulteria naturæ. Nam vitæ maius est quod in naturæ colluuiem cōmittitur, quod in personæ iniuriā. Et homo ista procuras, interpres adulterii iumentalis: & illud animal preciosius putas quod adulterinum, quod verum est? Ipse genera alia confundis, diuersaque misces semina, atque ad vetitos coitus plerumque cogis inuitos, & hoc industria vocas? Hoc quia de hominibus facere non potes, vt diuersi generis cornu mixtio foetum possit excudere, tollis homini quod natus est, & viri de viro exuis: abfissaque corporis parte, sexum negas, spadonem efficis: vt quod negauit natura in hominibus, impleat audacia.

Thyrmallus. De Scorpina.



**V**AM bona autem mater sit aqua, etiam hinc considera. Tu o homo doctissimi abdicationes patrum in filios, separationes, odia, offensas: disce quæ sit parētis & filiorum necessitudo. Viuere pisces sine aqua non queunt, nec a sui parentis confortio separari, neque a suæ altricis discerni minere: & sit hoc natura quadam, vt separati moriantur illico. Neque enim vt omnia huius aeris viuunt spiramine, quia hauriendi spiritus & respirandi natura his non suppetit: alioquin sub aquis semper non possent viuere, non capientes spiritus infusionem. Quod est nobis spiritus, illis est aqua. Sicut nobis spiritus, ita illis aqua viuendi ministrat substantiam. Nos interdulo commeatu spiritus, quia nec breui quidem spatio possumus exortes esse spiritus vitalis, statim extinguitur. Pisces quoque sublati de aqua, sine substantia sui viuunt esse non possunt. Et causa manifesta est, quoniam nobis pulmo per